Credo te litteras de Snitzero, quem tibi commendavi, si quis forte
locus istic esset, accepisse. Ad eas avide expectamus. Librum accepi
ex Italia Alex. Massariae de sanguinis mittendi, & purgandi
in pro morborum. Author tibi sum ut proximis nundinis petas. Spero
eum illuc venturum. Non displicebit scio: successit hic vir Mercu-
riali: eoque ante triennium multum sum usus Venetiis in meo
nobili curando. Videbis quam degeneret hodie longe a doctrina Gale-
nica, & quod hic rotunde in sanguinem conversetur. Si quid apud
vos boni editum est, indicato quaeso: dolet me etiam observationes tuas
[illegible]. Nominum [illegible], quorum vel de Medicina, vel politicis
conferam: idque mihi saepe cogitanti iniici, quod mihi hic pastor
persuadet; Non profecisse Basileam; ubi certe habuissem ~~[illegible]~~ [illegible]
rem quendam quasi fluvium affluentium Candidatorum ex Italia.
Schola nostra sentit aliquam accessionem: utinam maiorem. Is quem
tu olim, si meministi, dixisti esse disertum† (et sane quam valde est,) esse in Theologia hominem ver-
satum, aliquoties in [illegible] apud nos concionatus esse) extra [illegible], non est
par suo olim hospiti: politica vix mihi [illegible] summis digitis attigisse:
historiarum & antiquitatis parum degustasse: Theologiam nominarum [illegible]
tractasse: & tamen [illegible] [illegible]. Nam ego haud semel adhuc cogitavi
verum illud: Alii merentur famam, alii habent. Vellem plura,
sed [illegible] intellectus urget. Tu igitur [illegible]. Tuus S. P.
[illegible] XX Febr.

Te quem nosti, [illegible]

Optimo ac doctiſsimo viro D.
Theoph. Madero, Organi Artei
ni Acad. Heidelb. professori ordi
nario, amico meo certo S. P. D.

Heidelberg.